



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.45. Papa Viterbii commoratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

quam imminenter me ille vexaverit. In hac **Sæcul. XIII.**
 animi amaritudine Papæ scripsit, ut fece- **A.C. 1258.**
 rat Episcopus Lincolniensis Robertus Ca-
 pito, oravitque, ut tyrannicam suam agen-
 di rationem temperaret, suorumque san-
 ctorum antecessorum modestiam imitare-
 tur. Sevalius sub festum Ascensionis **M. Par.**
 diem, qui anno 1258 secundus Maji erat, **p. 834. 839.**
 ab hominibus demigravit, cum Ebora- **840.**
 censi Ecclesiæ urius anni novemque **Goduin.**
 mensium spatio præfuisset: & Papa re-
 ceptas ejus litteras sicut Capitonis episto-
 lam indignans sprevit. Post Sevalii mor-
 tem Canonici in Archiepiscopum elege-
 runt Doctorem Godefridum Knitonien-
 sem Decanum suum: qui Romam profe-
 ctus, ibique a Papa Alessandro 23 Se-
 ptembris eodem anno 1258 consecratus
 Eboracense solium quinquennio pos-
 fedit.

§. XLV.

Papa Viterpii commoratur.

Papa interea curis ac negotiis profanis
 obruebatur, mense Mayo 1257, ut a
 violentia populi tutum se præstaret, Ro-
 manam relinquere coactus. Causa seditio-
 nis fuit, quod Senator, qui tunc civis Bri- **M. Paris.**
 xianus erat, populum opprimeret persua- **p. 823.**
 fu Nobilium, quibus solis placere quære-
 bat, præsertim familiæ Annibaldinæ.

R 2

Plebs

Sæcul. XIII. Plebs igitur ex consilio cuiusdam pistoris
A.C. 1258. Angli congregata carcerem effractumibat,
 cui prior Senator Brancaleon nomine
 inclusus erat. Eductum constituit Se-
 natorem, fidemque more veteri eidem
 jurat. Brancaleon inimicos suos Roma
 ejicit, duosque Annibaldos Cardinalis
 cuiusdam cognatos ex infami ligno su-
 spendi jubet. Papa illum & fautores e-
 jus sacro percellit fulmine: sed tale se
 privilegium habere afferunt, ut proscribi
 nequeant: Papæque illuso minantur se
 simul eum & Cardinales usque ad exi-
 tium ipsorum insectaturos. Papa pejus
 aliquid metuens Viterbium contendit, &
 usque Assisium progreedi statuit. Per
 dies epistolis ejus a scriptos liquet, eum
 12 Maji an. 1257 etiamnum Romæ, ²⁹
 ejusdem mensis jam Viterbii fuisse, ac ibi
 usque ad initium Septembris an. 1258.
 esse commoratum.

*sp. Rayn.
1258. n.6.*

M. Par. ibid. Brancaleon nec amicis nec cognatis
 Papæ Alexandri parcebat. E contrario
 Romanos armari curabat, ut irent contra
 Anagniam, quippe quæ illi fuerit pro pa-
 tria, eo quod in ejus dioœcesi natus, &
 Cathedralis ibidem Ecclesiæ Canonicus
 fuisset. Incolæ ad Papam cognatos i-
 pius aliquos miserunt, oraturos, ut illo-
 rum commiseratione tangeretur. Ita se
 compulsum vidit ad orandum Branca-
 leonem, ut copias suas abduceret; id
 quod

Sup. §. I.

n. 284.

quod obtinuit quantumlibet reluctantante Sæcul. XIII.
Romanorum malevolentia. Tuebatur A C. 1258.
eos Manfredus Brancaleonis fautor, quod
Papam demissum cerneret, gaudio trium-
phans. Ille Princeps suos bellicos sem-
per progressus urgens, atque Sicilia, prin- Anon. p. 852.
cipatu Tarentino, Apulia & agro Labo-
rino potitus, Panormi se solenni ritu Re-
gem coronari curavit die Dominica II.
Aug. an. 1258.

§. XLVI.

Ecelini progressus.

In Lombardia Ecelinus suum fratrem Albericum a Papæ partibus ad suas reduxerat: qui cum istum sicut Ecelinum ap. Rayn.
u. 2. proscriptis fuisse, per litteras 3 Julii an. 1258 datas omnia utriusque mancipia, quorum magnus erat numerus, in libertatem asseruit una cum eorum prolibus ac nepotibus, qui Ecclesiæ obedirent. Anathematis consecutiones usque adeo extensas antea nunquam vidi.

Alexander primo sui Pontificatus anno in Marchiam Tarvisianam vicinasque Rayn. 1255.
n. 10. provincias Philippum electum Archiepis- Mon. Pad.
copum Ravennatem ut Legatum mise-
rat, & probe gnarus, Ecelinum censuris Ecclesiæ parum tangi, per litteras 20 Dec. 1255 datas hunc Legatum sacræ militiæ classicum contra eum canere iusserat. Le-

R 3 gatus